



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Ad DD. Sodales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)



Ad DD. Sodales.

HÆc Sæculorum cate-
na, ex probatissimis auctori-
bus collecta est, & præcipue
ex tabulis, à R. P. Joanne Domini-
co Musantio S. J. accuratissimâ
operâ non pridem Romæ in publi-
cam lucem editis, transumpta, ut
fides haud temerè attribui possit.
Neque DD. Sodales ideo minùs
gratâ hanc strenam habebunt, quia
similem materiam cum BREVIA-
RIO CHRONOLOGICO complecti-
tur, ejus partes quatuor superiorû
annorum Xenijs divisim accepe-
runt. Præterquam enim quòd di-
versitas materiarum in hac Catena
major

Conclusio

major reperiatur, quamvis angustiore compendio arctata, insuper ordo commodior, ad promptius inveniendū suppeditatur, cū suā unaquaque materia sæculorum continuā Serie percurratur. Interdum etiā crambe recocta sano gustui sapit, si aliter & aliter condita & bene præparata offeratur. Benevolè igitur hanc qualemcunque Viris Litteratis serviendi operam acceptate: Deus autē ter Optimus annuat votis, unà cum strenua oblati, ut in hac CATENA TEMPORUM omnia fausta pariter DD. Sodalibus Marianis, quoad vixerint, prosperè eventura, colligentur.

